



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte  
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricuſ,  
Austrasius**

**Serarius, Nikolaus**

**Mogvntiæ**

Cap. LIII. Altius repetita Godefridi stirps.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37252**

Nos itaq; quemadmodum ille Princeps exercitus, huic nostro Ioseph votis assiduis domū delegemus gubernandam, creditis ille omnibus, quia profecto nostra omnia sub meritorum eius manu perpetuo beneficenda & promouenda indubitanter confidimus.

## CAP. LIII.

*Altius repetita Godefridi stirps.*

**P**orro de antiquis possessoribus Capenbergen sis castri, qui de Magni Caroli & VVidekindi Regis progenie per Imezam quæ Xantis quiescit ~~meram.~~ (quia, ut aiunt, sororis suæ filiam, Carolus tāquam pacis obsidem VVidekindi filio dedit uxorem, & à cuius posteris curtem VVideobtineamus) descendisse traduntur, quorum hodieque in multis excellens claret magnanimitas. Vnum hinc sup. c. i. Hermannum Comitem vna cum deuotissima eius coniuge Gerberge de Hun-

*De hoc  
sup. c. i.  
Ez 2.*

Huneburg Dei cultorem præcipuum  
necessariò inducimus, cuius stirpem  
ingenuam ad nos vsque pertingen-  
tē filétio præterire pro gratia CHRI-  
STI commendatione non debemus,  
Deus enim omnipotens, *cuius dispo-* M.S.  
*sitio in sui ordinatione falli non potest,* Parita  
in huius filiis hæreditatem partitu-  
ris, magnam suæ bonitatis ostendit  
evidentiam, dum omnibus nefariæ  
factionis traditione circumscriptis,  
vel vnum internecioni subtrahen-  
do futurorum vtilitati reseruare di-  
gnatus est. Eckericus enim quidam  
potens & nobilis, cum eisdem filiis  
Dominis suis fidele iurasset domi-  
nium, cœpit denuo illis nil minus  
opinantibus, clandestinis machi-  
nationibus aduersari, quærrens qui-  
bus eos dolis extingueret, quorum  
dominio integrum fidelitatem & o-  
re firmauerat, & beneficiis obliga-  
tus debebat. Dispositis tandem insi-  
diarū latibulis, eos velut ipsius cau-  
sa in Lunensi placito suffragatuos,

F 2

Jan.

humiliter imò fraudulenter euoca-  
 uit. Sed nutu diuino tertius qui & iu-  
 nior erat , pridie pedem sauciatus,  
 proficisci nullatenus assēsus est. Quid  
 multa? Veniunt ad fraudis opertum,  
 & ex medio nemoris , quod hac-  
 nus de cæde ipsa trahit vocabulum  
 Greuenlo , profiliētibus hinc inde mi-  
 litibus ; bini cum duobus fidelissi-  
 mis famulis interempti sunt. Pro quo  
 scelere non lōge post homicida per-  
 fidus, capite truncatus, & sursum ver-  
 sis pedibus ignominiosè suspensus  
 est. Solus Godefridus, hoc enim nomē  
 erat superstitis domi, ut diximus, re-  
 sidens, euasit , de quo noster Godefri-  
 dus ortus & nuncupatus , regionis  
 VVESTPHALIAE lumen effulgit.

## C A P. L IIII.

De quarundam in Suevia possessionum  
 venditione, & S. Ioannis Apostoli re-  
 liquiarum in Cappenberg al-  
 latione.

**P**Ræterea factum est ut Comites  
 Capenbergenses Godefridus & Ot-  
 to re-